



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. XXV. Papa non putat, quòd possit mutare tempora & leges.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

Caluiniani
de Luthe-
ranis.

Et in Boe-
mia tamen
conspirant.

Lutherano-
rum doctri-
na qualis
Caluinia-
nis?

Nunc in v-
num ubi-
late.

Prætex Cal-
uinianorum
in Luther-
anos.

Δόξα
αδωξ.

citius me, quam oratio deficeret. Calumniarum compendium ostendimus. Ecclesiarum nostrarum Doctores appellantur homines stolidissimos, Fanaticos, Philautos, Theologastros, Mathematicos, Sophistas nequissimos, Sycophantas, Theosophistas, Corporalistas, morosos, ambitiosos, proscriptores Pontificios, Homines Principum animos, suis calumniis in ignorantia detinentes, genitores Pandora, percitos furore, obliros omnis modestia & pudoris, superbos, feroces, flagitiosissimos Dominatores fidei, Nestorianos, Eutyrianos, Patronos Mahumetis, contumaces, inuictores paradoxorum & scandalorum, inhumanos, odio & ambitione fascinosos, pendentibus in cruce felle mixtum acetum porrigentes, Patres ubiquitatis, novos Dogmatistas, Dipnosophistas, Longodadalos, homines, præter omnem modum contentiosos, & pertinaces, recentes Capernaitas, malignos veteratores, flagitiosos, impie leues, Ubiquistas, coniuratos veritatis hostes, impudentissimos cauillatores, Acephalorum & Eutyriana hæresis renouatores, Phantasmaticos vera incarnationis Christi irrisores, conspiratam Schismaticorum factionem, Artolatras instauratores, deliros Sacramentarios, sincere doctrina assertores de Cæna Domini, instar piratarum per Ecclesiam nauigantium super ambitione & opinionibus, veritatem cum pace depraudentes, homines odio & inuidia excecatos, Sophistas nequissimos, novos fidei Magistros, præfignatores, veritatis & pacis hostes, coniuratos in oppressionem veritatis, impudentissimos cauillatores, rerum flagitiose signatos, manifestos hostes ac inficiorum omnipotentia Dei, Pseudo-Lutheranos ac Flaccianam factionem, Αὐτοπατριάρχης, ἡγετοπατριάρχης, ὁμοπατριάρχης, carnuioros: Doctrinam vero nostrarum Ecclesiarum Symbolis Augustana Confessionis ac Formula Concordie comprehensam, flagitiosissimum errorem, fictum infelicem, Pandoram, Phantasma & Spectrum, laruam scenicam, absurdissimam impietatem, putidissimam ac Sophisticam vanitatem, hæresin mixtam ex Eutyriana, & Nestoriana, imaginationes phantasticas, insanissimam sententiam, execrandam blasphemiam, ludibriosum commentum, sacrilegam impanationem, corporalis præsentie idolum & commentum doctrinam impostoribus, non Theologis dignam, nugatorium commentum, execrandam Theologiam, Nestorianismum, Antichristianum cultum, idololatricum dogma, & quæ sexcenta huiusmodi Epitheta alia, fraterni erga nos affectus horum hominum indicia. Quæ omnia si, vitpar est, suscipi, deq. seramus: Entibi paratas insidias vite & Doctores Orthodoxis! videas, inquit Doctor Mylius in Synopsi Comædie Mispnicæ, à morte Augusti Electores constitutos coryceos, qui dicta, factaq. sincerorum Theologorum obseruent, conductos, qui lites iniustas intendent, & cum causis non possint, modo saltem agendi animas expugnent: preces & supplicationes, periculosas admonitiones, seditiosas excusationes atq. accusationes omnes capitales haberi atq. nominari ceptas, Computa viarum publicarum vtrunque haud procul ab vrbe aliquot mensium spatio obsita, tabellariorum omnium, qui vel ad urbem commearent, vel inde etiam remearent, sarcinulas apertas isti homines scrutati sunt, conquisitis omnibus, quæ vel à Wittebergensibus Theologis ad alios vel ab aliis ad ipsos conscriptæ erant literis, vt ex resignatis istis depromerent, vnde capitibus ipsorum pericula creare possent. Imo atrocius istud: Conscriptæ sunt ad Theologos literæ fictitiæ, quibus magna significabatur οὐκ ἀδωξα erga miseram religionis faciem, solatium ad securum auxilium communicabatur, subsidia exaltaturis promittebantur, insuper missis vna cum istis fictitiis literis splendidis muneribus, vt, si quid penitissime reconditum in pectore haberent, quo prodito periculum ipsis creari posset, hoc artificio emungerent. Quæ in re industrius fuit Ioannes ille Maior Poeta Wittebergensis, qui ista hac arte optimum virum & Theologum insignem Doctorem Ioannem Mattheum, & conditione Academicæ & vita hac mortali exiit atq. spoliavit. Inseruerunt huic schemati Mutata Augustana Confessionis corburius vtrique pedi aptus, perfidia ac similes impostura, quibus Peucerus olim eiusq. socii summum suum Magistratum circumuenerunt, illuserunt, & de-ceperunt. Conuenerunt scripta ambigua & libelli famosi,

iure quasi suo quodam ab huiusmodi hominibus recepti, imo defensi publice nuperrime, quibus absq. fronte, & fonte fama bonorum suggillatur atq. traducitur, vt condemnationi iniusta & doctorum & doctrinæ gradus sterneretur propior: Inseruerunt edicta & decreta de non nominandis vel condemnandis Sacramentariis, eorundemq. blasphemis in concionibus ad populum, adiunctis relegationum seu exiliorum aliarumq. panarum horribiliorum minis, ipso demum facto non quiescentibus flabellis illis sanguinarius compendius. Imo compleris per tot exilia & penas similes, quibus ipso Antichristo clementiores vix existerunt. Nota sunt Aulici istius verba tempore Christiani Primi Ducis Saxonia: Si & axinotisti molesti tibi esse perrexerint, eice illos, idq. saltem ex hoc capite, quia Ubiquitatem canonizare conentur; & eiusdem alterum Apophthegma: Nunquam rectè successura sunt res, nisi veterani, & quibus priorum temporum memoria conficit, & medio prius tollantur, Ne dicam de Personalibus Contentionibus, Prouocationibus ad Synodum.

His talibus quomodo potest inferri iniusta nex, aut tu qui tales eos iudicas quomodo seueritatem Christianorum Principum in inuidiam vocas, quod iusta ultione vigorem legum in eos exercuerint: si eos vere Martyres arbitrare, illa tuorum facinora agnosce. Eos vix clementiores in tuos ipso Antichristo prædicas, & martyrum elogio donas, & post Ubiquitatem Canonizas. Hac faceres si quicquam prudentiæ reliquum tibi odia, atq; inuidia reliquisset? Tu illorum acta lege; Vnus alterue annus plures Catholicos in sola Francia, Belgioq; Caluinisticis furoribus mactatos vidit, quam totos sexcentos annos in vniuersum reos Pontificia tribunalia sustulerint.

Quod si vere tempora consideremus sanctos Caluinianorum inueniemus Berengarianos, Wicleffitas, Hussitas, imo Copronymos, Leones Isauricos, Henricos, aliosq; quos odio Pontificis canonizant. Itaque hinc ex Scriptura contra Lutheranos sic argumentor.

Cornu paruulum seu Antichristus sanctos Altissimi conteret, tantamque persecutionem concitabit quanta non fuit à tempore, quo homines esse ceperunt; at Pontifex in Lutheranos tantam persecutionem non instituit, multo enim plures morte, exiliis, carceribus Catholicos afflixerunt, quam à nobis illi passi sint. Quot enim Lutherani propter fidem perierunt? quis Ubiquitatis sanguinem dedit? Nam de pure Lutheranis, & Lutheranis vnius gentis queri duntaxat possunt; ceteris vero miscuisse se alios nebulones fatentur. Nos vero de toto Lutherismo negamus. Nonne enim tota Germania ferè dominati sunt, & tantas fecere strages, vt adhuc squalcant Tristitia semititis altaria templis?

CAPVT XXV.

Papa non putat quod possit mutare tempora & leges.

§. 1. **C** Haldæus Danielis textus. Putabit mutare tempora. Græcus ὑποτάξας, existimabit, non enim poterit; ita Græcus Scholiasies; πρὸς δὲ οὐδὲν, ὃ μὲν ἐλαχίστος διηρησέναι. Quid sit autem ἀλλοίωσις τῶν χρόνων ex adjuncto intelligitur, quia dicitur ὁ νόμος, & leges. S. Hieron. In tantam erigetur superbiam, vt leges Dei, & ceremonias mutare conetur, & eleuetur supra omne quod dicitur Deus, religionem cunctam suam subiciens potestati: Theodoretus; Opinabitur sepietatem, quæ tunc vigebit, funditus posse euertere. Illigitur tempora intellexerunt Ecclesiæ immutationem. Qui de Antiocho sunt interpretati, nomine temporum intelligunt Iudæorum solennitates, Sabbathata, Paschata, Pentecosten, festa tabernaculorum, dies expiationum, nouilunia, septennia, annos Iubilæos, & similia.

Quia

Martyres
Euangelii
non fuerunt
clementio-
res in Lu-
theranos
quam Ca-
tholici.

Caluinia-
tor mente
deiectus est.

Tempora
mutabit &
leges.

Pr
leg
par

20
des
om
fod

Quia autem de Antichristo loquimur, mutabit ille tempora, & leges, dies festos in sui honorem institui curabit, iam nonnulla indicia dedit Machometes, deinde Lutherani, sed efficacius Calvinista, ut appareat iam mysterium in præcursoribus incipere. Atque hic sensus est scripturae.

Calumnias à Pouello, aliisque mutuas acceperunt. Quia dicitur solutus legibus, transferre imperia, &c.

Solutur legibus Pontificis ut principes. Leges diuinae non soluitur.
§.2. Respondeo non aliud per hæc res Pontifici concedi, quam quod suis Episcopis, & regibus proportionem quadam ipsi permittunt. Primo quidem negamus leges diuinas vllas Pontificem mutare posse; Anathema si quis Pontificem legibus diuinis solutum asseruerat. Canonista qui id asserere dicuntur, partim mendaciter allegantur, ut supra probaui; partim alieno sensu. Mihi hoc certo constat, si quis dicat Papam posse vnum iota de lege Dei tollere, fore ut sit primum spiritali fulmine à Papa feriatur.

Ab humanis legibus quomodo soluitur.
Ad leges Ecclesiasticas, & ciuiles, vbi Papa etiam temporale regimen tenet, ita obligatur, ut ad suas leges principes, quem quidam omnino, alij ex parte legibus eximunt. Eas leges interdum mutari vtile est, ideoque tolli, & in meliores commutari possunt. Qui principem negant legibus subiectum quoad potestatem coactiuam, etiam negant eum ab alio iudicari posse, qui enim alium iudicem habet, is accipere, & subire sententiam iudicis debet. Hinc inuictum argumentum pro Pontifice facio.

Pontifex Romanus negat se legem Dei mutare posse, milles mortem oppetendam potius docet, quam ut lege Dei exemptum dicat, omnes, qui id affirmant, sua damnat sententia; non igitur Papa est Antichristus. Hæc est omnium qui Papam Ecclesiæ pastorem agnoscimus sententia. Papam diuinis legibus subiectum, quas si violet, grauissimè peccare, & nisi à peccato suo resipiscat, in æternum perituum esse. Huic meæ sententiæ vniuersitas Catholicorum, atque adeo ipsa curia Romana subscribit. Verum quid de Dei legibus sentiat Pontifex, exponitur distinctè.

Dei legibus semper, ubi ab omnibus parèdum est.
§.cap.2.
Quæ contra mores hominum sunt flagitia, pro morum diuersitate vitanda sunt, ut pactum inter se ciuitatis, aut gentis consuetudine, vel lege firmatum, nulla ciuis, aut peregrini libidine violetur. Turpis enim omnis pars est suo vniuerso non congruens. Cum autem DEVS aliquid contra morem, aut pactum quorumlibet iubet, etsi nunquam ibi factum est, faciendum est, & si ommissum, in laudandum est; & si institutum non erat, instituendum est: Si enim Regi licet in ciuitate, cui regnat, iubere aliquid, quod neque ante illum quisque, nec ipse vnquam iusserat, & non contra societatem ciuitatis eius obtemperatur, imo contra societatem non obtemperatur (Generale quippe pactum societatis humanae obedire Regibus suis) quanto magis Deo regnatori vniuersæ creaturæ sue, ad ea quæ iusserit, sine dubitatione seruandum est: sicut enim in potestatis societas humana maior potestas minori ad obediendum præponitur, ita Deus omnibus.

Principes legibus suis pareant.
Et distinctè, 9. cap. 2. Principes iubet obedire suis legibus: verba Canonis sunt. Iustum est principem legibus obtemperare suis. Tunc enim iura sua ab omnibus custodienda existimet, quando & ipse illis reuerentiam præbet. Principes legibus teneri suis, nec in se conuenit posse damnare iura, quæ in subiectis constituunt. Iusta est enim vocis eorum auctoritas, si quod populus prohibent, sibi licere non patiuntur.

Romana se des præcipue omnia cuspodit.
§.3. Pari ratione constitutiones Synodorum generalium præcipue seruandas docet Ecclesia Romana, causa 25. q. 1. cap. 1. Confidimus, quod nullus iam veraciter Christianus ignoret, vniuersusque Synodi constitutum, quod vniuersalis Ecclesiæ probauit assensus, nullam magis exsequi

sedem præ cæteris oportere, quam primam: quæ vnquamque synodum sua auctoritate confirmat, & continuata moderatione custodit.

Ea mente Gregorius Felici Episcopo lib. 12. Epist. 31. est causa 25. cap. 4. si ea destruerem, quæ antecessores nostri statuerunt: non constructor, sed euerfor esse iuste comprobaret: testante veritatis voce, quæ ait: (Omne regnum in seipso diuisum non stabit:) & omnis scientia, & lex aduersum se diuisa destruetur.

§.4. Quomodo autem nouas leges condere liceat Pontifici, est ab Urbano Pontifice expositum, causa 25. cap. 6. Sunt quidam dicentes Romano Pontifici semper licuisse nouas condere leges. Quod & nos non solum non negamus, sed etiam valde affirmamus. Sciendum vero summopere est, quia inde nouas leges condere potest, vnde Euangelista aliquid & Propheta nequaquam dixerunt. Vbi vero aperte Dominus, vel eius Apostoli, & eius sequentes, Sancti Patres sententialiter aliquid definierunt; ibi non nouam legem Romanus Pontifex dare, sed potius, quod prædicatum est, vsque ad animam & sanguinem confirmare debet. Si enim, quod docuerunt Apostoli & Propheta, destruere (quod absit) niteretur; non sententiam dare, sed magis errare conuinceretur. Sed hoc procul sit ab eis, qui semper Domini Ecclesiam contra luporum insidias optime custodierunt.

Nihil vero contra leges diuinas statui posse docetur causa 25. cap. 8. Omne quod irreprehensibile est, catholica defendit Ecclesia. Et infra. In iustum iudicium & definitio iniusta regio metu, vel iussu à iudicibus ordinata non valet. Nec quicquam quod contra Euangelicæ, vel Prophetice, aut Apostolicæ doctrine constitutionem successorum eorum, siue sanctorum patrum actum fuerit, stabit: & quod ab infidelibus, vel hereticis factum fuerit, omnino cassabitur.

Hinc igitur clarum est, non conuenire in Pontificem, quod de mutatis temporibus & legibus dicitur. Non enim nisi necessitate, vtilitateque exigente, aliqua mutantur in Ecclesia, optime enim dixit. Contra statuta patrum condere aliquid, vel mutare nec huius quidem sedis potest auctoritas: apud nos enim inconuulsis radicibus vixit antiquitas, cui decreta patrum sanxere reuerentiam.

Quod si veros diuinarum legum abrogatores quæras, qui mutant tempora & mores, haud difficulter eos in caltris aduersis reperies. Quenim existimat, se non nisi lege gratitudinis ad legem seruandam teneri, qui legem putat impossibilem obseruatu, quo ore, qua fronte Pontificem quasi legis violatorem accusat? Quid durius illius Lutheri verbis, qui Christum ut legislatorem, & vindicem apprehendit, diabolum pro Christo apprehendit?

Vnum quod hoc loco palmarium est, præterire non possum; est enim imperitiæ, & impudentiæ prædicantia luculentissimum testimonium. Quadragesimi ministrorum Luthericorum de mutatione temporum accusarunt Pontificem, quod astronomicos calculos errantis anni ad veram normam reduxisset. Ita in Academia Oxoniensi thesibus impressis Baccalaureolus Pouellus, quod magis miror, cum enim ex Anglia propheta exierint molesti Scaligero, qui de correctione Calendarij libros scribere potuerunt, monstri simile est, ex Academia neminem prodixisse, qui Pouellum de tam rustica ignorantia com-moneret; Quis enim non admittetur ea de re in illa Accademia eruditionis simulatrice fuisse disputatum, in qua se pagani prædicantes in Germania, non sine suorum irrisu impigisse doluerunt, verum admirabilius quod magna pars Germaniæ, Gallia, Hispania & Anglia, errorem calculi antecedentis agnouerunt, & nouam correctionem admiserunt.

Pontifex protestatur se nihil contra Dei leges posse.

Ecclesia Romana antiquo iure stat.

Legem mutat, qui impossibilem affirmat.

Maleficarum scitias Lutheranorum.

CAPVT XXVI.

Tradi in manus per tempus, & tempora, & dimidium temporis ad Pontificem non pertinet.

*Tempus &c.
3. anni, 10.
dies Iunio
&c.*

CHALDÆVS textus habet; *ידידיה* tradentur: Quia id diuina providentia permittit: Regnum & potestas traditur, qua deinde contra Sanctos abutitur. Junius, Tremellius sic vertunt: Per tempus, & tempora, particulamque temporis: eam vero particulam temporis, aiunt esse dies decem. Id est, inquit, per tres annos & decem dies probant, nam decimo quinto die mensis Cisleui, anno centesimo quadragesimo quinto regni Seleucidarum, hoc effectum est. 1. Machab. 1. 57. deinde vero die quinto mensis Cisleui anno centesimo quadragesimo octauo, legitimus Dei cultus instauratus. 1. Mach. 4. 12. Quamobrem prima vox, tempus, annum significat corruptum, siue constantem ex diuersorum duorum annorum partibus, Tempora biennium iustum, particula temporis dies decem.

Fundamentum huius interpretationis, quod putent de prophanatione templi per Antiochum facta agi, & textus Chaldaeus non repugnat, nam *פלג* est diuisio temporis, & pars: et si enim frequentius medietatem significet, vt Jos. 10. Jud. 9. & in Syro *פלגא* in Euangeliorum titulis vsitatum, hanc tamen significationem non respuit. Quin & Pagninus vertit partem temporis.

*Dimidium
temporis nō
sunt 10.
dies.*

Hanc sententiam refutant omnes doctores silentio, neque ex nouis quisquam eam sequitur; nam & Munstherus, Lutherus, Pelicanus, Castalio haeretici veterum Græcam versionem quæ habet *ἡμέραι* sequitur. Imo etiam Bruchtonus, alias sequi solitus Caluianam communem, vertit hic, *dimidiumque temporis*. Et Tempus, inquit, hic annum significat, sicut *ἔσρος*, Tempus & tempora & d. id est, dimidium septimanam 42. menses, vt Iosephus testatur.

Huic denique obstat, quod cap. 12. 7. eodem modo accipiantur verba tempus, tempora, dimidium temporis, nec est tamen in hebræo *פלג*, diuisio, sed *ידידיה*, dimidium, quemadmodum & in Apocalypsi est *ἡμέραι*. Itaque de Antichristo illa rectissime dicuntur. Nam non recte dies decem dicuntur, dimidium temporis, ubi tempus annum significat.

*Idem nume-
rus apud Da-
nielem, &
Ioannem.*

§ 2. Hoc ex loco Bellarmin. lib. 3. cap. 8. de Pontifice sic argumentatur. Antichristus regnabit per tres annos cum dimidio, hoc est tempus, tempora, dimidium temporis, at regnum Papæ est multo diuturnius, non ergo Papa est Antichristus. Minor est extra controuerſiam: maior vero probatur. Quia tempus, tempora, dimidium temporis, sunt tres anni & medius. Nam ita veteres ab ipso Papia vsq; interpretati sunt, vt fatetur Jubilarius Parei commentarius in Apocalypsin in cap. 11. v. 2. Deinde ex Apocalypsi cap. 11. v. 2. ubi Antichristus calcatur templum & ciuitatem mensibus quadraginta duobus. Menses autem quadraginta duo sunt tres anni cum dimidio. Agi vero de eodem tempore Pareus ipse fatetur, in 12. capite, v. 11.

*Antiochi tē-
pus & tem-
pora anni
fuerunt, igitur & hic
quoq;.*

Quamdiu vero exulabit in deserto mulier TEMPVS TEM-
PORA, ET DIMIDIUM TEMPORIS. Hac temporis tri-
partita notatio sumpta est ex Dan. 7. 25. & 12. 7. ubi Antio-
chus, typum Antichristi gerens, dicitur conculcaturus sanctos
per tempus, tempora, & dimidium temporis. Quid hic sibi ve-
lit, ex vers. 6. liquet. Pascunt eam ibi diebus 1260. De his die-
bus dictum est capite 11. 2. Erat ibi tempus prophetie duorum
testium. Hic est tempus exilij mulieris in deserto. Idem tempus
XLI. mensium ibi erat conculcationis vrbis sancta: & erit
cap. 13. 5. grassationis bestie in sanctos. Eodem igitur tempore
Ecclesia exulabit in deserto, & vrbis sancta conculcabitur à

Gentibus; & duo testes prophetabunt: & bestia bello persequetur sanctos. Ibi proinde hac paribus passibus, quæ obseruatio multum illustrabit Prophetiam. Ex vno enim notiore patebunt alia ignotiora.

§ 3. Inuicem fecit ille senex contra se, & omnes Papæ calumniatores rationem Bellarmini: Nam Antiochus per tempus, & tempora, & dimidium temporis afflixit Ecclesiam, vt ipse docet, & idem tempus est sequentis Antichristi, non igitur diutius ille regnabit. Quomodo igitur Pareus multo longius facit regnum Antichristi? Respondeo quia quid dicat, nescit, quid dixerit non meminit, errores multi multorum, plurimi vero proprii ad insaniam eum reducerunt. Verba eius in cap. 11. v. 2. sunt. (Mensibus quadraginta duobus.) Hic est sapientia. Tempus persecutionis Antichristiana designari, manifestum est omnium prope interpretum consensu. Quale vero & quantum sit tempus, ubi principium, ubi terminus fingendus, obscurum est mihi & interpretibus alijs, & forte ab hominum indagine reconditum. Voluit enim Spiritus, ad tempora quod attinet, nos quadam potius scrutari, quam nosse, quod & Dominus innuit dicendo discipulis, volentibus scire tempus occultum: Non est vestrum nosse tempora & opportunitates, quas Pater in sua ipsius auctoritate posuit. Act. 1. 7.

*Tandem Pa-
reus facit
ignorantia*

Nihil igitur hac de re statuere potest, quia tempora, & momenta scire non potest. Veteres vt Hippolytus, Ireneus, Hieronymus, Augustinus, alij, quos refert Bellarminus nostrā sunt in sententia. Cum illis sentiunt Junius, Tremellius, Bruchthonus Caluianini: & Munstherus homo sui iudicij, non obligatus Luthero.

§ 4. Deinde nemo ita respondet, vt non in pluri-
ma falsa & absurda impingat: Chytræus apud Bel-
larminum incertum tempus esse ait, & idem probat
Pareus, & concludit: de 42. mensibus nihil determinare
habeo. Sed cum tot modis Daniel & Joannes deter-
minent, non debemus incertum asserere, cum vete-
res omnes nobis certum exposuerint.

§ 5. Tertio. Quomodo cumque hæc interpretemur,
non possunt non ostendere Papæ innocentem. Nam
Pareus annos vaticinatur esse 1260. & incepisse ab
anno 606. Christi, cum Bonifacius tertius Ecclesiæ
præsideret, & hæcenus calculum annis 103. calcan-
dum adhuc annis 257. vsque ad annum Christi 1866.
incertum tamen sibi faretur istum terminum, & à
Deo propter electos decurtandum. Sed refutant e-
um tum alia, tum vero quod tempus illius persecu-
tionis Christus dicat breuissimum, & non est breuis-
simum, si est 1260. annorum; quod longius est eo,
quo Saran ligatur, nam mille annis eius malitia con-
stringitur, postea grassatur, sciens, quia modicum tempus
habet. Apocal. 12. Postquam autem mille annos fuerit
ligatus, oportet eum solui modico tempore. Certe
modicum tempus solutionis non est, quod longius
est eo, quo ligatus dicitur Saranas.

*Expositio-
nes contra
Papam se
impediunt.*

Etsi enim mille anni sunt vt dies vnus apud Deum,
apud homines tamen longum tempus est, nec villo
modo hic breue est, quia dicitur tempus modicum
comparatum ad mille annos.

§ 6. Quarto. Qui accuratissime tempus hoc de-
scribunt, fœdissimum in modum aberrant. Conradus
Graferus in 12. Apoc. pag. 73. Certas Periodos anno-
rum significat, Tempus à captiuitate Babylonica ad
Christum, duo tempora ad seculum decimum sex-
tum, dimidium temporis ab initio seculi decimi sex-
ti, cum rueret caput Papatus. Hæc monstrum nunquam
Luthero in mentem venerunt, neque enim inter ce-
lesterrima errorum contagia, paucis annis vulgata, pu-
tabat tam longam vitam, regnumque Papæ duraturum.
Et merito; nam omnibus interpretibus, Iudæis,
Græcis, Latinis, Sectariis ipsis repugnat. 2. Nusquam
in sacris literis, aut profanis, in nullo calculo, tempus
quingentos, tempora mille annos significat. 3. Nihil
hæc

*Graferus
contra om-
nes interpre-
tes rectus
vim facit.*